Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



104

tabula eni fortasse dicta sunt hominib; quia uirtb; suis ea ñ potest p̃seruari. S;
cur ñ possit dono spiritus sancti, cui cunq; hoc dñs conferre dignat. Sic enim dic
tu est illud. Qui habitat lucem inaccessibilem. & audiuit tam. Accedite ad eum,
& illuminamini. Quæ utq; soluit questio, ut inaccessibilis uirtb; nisi sit,
accedat autem ad eum muneribus suis. Quamquam & si nemini omnino sanctorum
diu corpus quod corruptum aggrauat animam omnia iudicia dei scire concedit, quæ re
uera multum est ad hominem, cum profecto ut aliquod exempli gratia dicam. unde iudici
orum dei conciliat unanimitas. cum nemo sine iudicio dei sit tardus in animo. uel
claudus in corpore. habet tamen unde dicat ecclesia. hoc est plus acquisitionis. & uerace di
cat. in labiis meis enumerauit omnia iudicia oris tui. id est nihil iudiciorum
tuorum tacuit, quia in p̃ eloquia tua innotescere uoluisti. sed omnia prius in labiis me
is enumerauit. Hoc enim in uidet significare uoluisse quod non ait omnia iudicia tua. sed
omnia iudicia oris tui id est quæ in dixisti, ut p̃ os eius eloquium eius intelligam. quod fecit
ad nos in reuelationibus; sicut plurib; & testamentis duob, quæ omnia iudicia usq;
quaq; labiis suis enumerare ñ cessat ecclesia. Deinde subiungit & dicit. In uia
testimoniorum tuorum iocundatus sum, quasi in omnib; diuitiis. Viam testimoni
orum dei nihil certius. nihil eius. nihil breuius. nihilq; quidem intelligimus esse quam
xpm. in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ abscondti. Inde & iste ait se
iocundatum & delectatum in hac uia, quasi in omnib; diuitiis. Testimonia quippe
dei sunt, quib; quantum nos diligat nos probare dignatur. Commendat autem suam caritatem
deus in nobis, quem cum adhuc peccatores essemus xpc p̃ nobis mortuus est. Cum
quod ipse dicat ego sum uia, & humilitas eius carnalis. naturalis. atq; passionis eius
demta sunt testimonia diuine erga nos dilectionis, peculdubio uia testimo
niorum dei xpc est. Hæc quippe testimonia quam in illo uidemus impleta, & futura erga
nos quam sempiterna promissa sunt exspectamus & fidem implenda. Quia enim pro filio ñ
pepercit sed p nobis omnib; tradidit illum, quomodo ñ & cum illo omnia nobis donauit.
Sequitur. In mandatis tuis garriam, & considerabo uias tuas. Quod greecus
habet adolescens. latini quidam interpretes garriam, quidam exercebor interpretati sunt, quæ
duo uniuersa uidentur esse diuersa. Sed si exercitatio intelligatur ingenii. cum quadam
delectatione disputationis utriusq; coniungitur. & qui ex utroq; unum aliquod tempe
ratur, ut ñ sit aliena ab huiusmodi exercitatione garrulitas. Solent enim garruli
uocari loquaces. Si autem se in dei mandatis exercet ecclesia, adusus omnis inimicos
fidei xpianæ atq; catholicæ copiosis doctorum disputationib; garrula est, quæ tamen
fructuose sunt disputatib; si ñ ubi residentur ñ uiae domini. Unusquisque autem uiae domini
sic septum est media & uerissimas. quam duam plenitudo inuenitur in xpo. Hanc
suauem exercitationem fit & quod adiungit. In iustificationib; tuis meditabor